

oder Selbst-Gericht à quibus haud procul civitatum etiam inferiorum repressaliæ recedebant, quas nescio quo jure adversus se invicem indistincte decernebant, ut ex Lehmanni *Chron. Spir.* adducit Dn. Besold *Thes. Pract. voce Repressalien*, non minus damnofæ ac exosæ reputatæ fuerunt, eaque propter tanquam pestes pacis publicæ perniciofissimæ sublatæ per *Const. Imp. de P. P. de Anno 1495.* & hanc securitas alias plures vid Gail. de *P. P. L. i. C. i. n. 2. seqq.* Eodem modo creditor etiamsi sibi prospexerit arresto conventionali, (quales conventiones secundum principia juris licita sunt. Gail. de *Arresti Imp. Cap. i. n. 7.*) nihilominus tamen non requisito officio judicis debitorem resistentem propria autoritate capere & abducere prohibetur, si in termi-
no iste non solverit. *tot. tit. C. Ne quis in sua caus. jud. licet fugiti-
vum quidem debitorem insequi*, eidemq; id quod sibi debetur propria autoritate auferre possit secundum *l. 10. §. Si debtor 16. ff.* *Quae in Fr. Cred.* Nam si ad proprium arbitrium judicandus in consultus animorum fervor, nulla resp. eslet quæ non perpetuis flagraret factionibus, in qua non grassarentur homicidia, multaque ederentur violentiæ & truculentiæ exempla Dn. Conring. *in Differt. de Jud. Reip. Germ. θ. 1.* Hinc ne potestati privatorum quicquam amplius relinqueretur, sed jus quisque suum auctore judice persequeretur, pactiones quoque & obligationes ad obstatum propter magnum earum abusum & inde ortas scandala publica interdictæ & proflus abolitæ fuerunt in *Ord. Pol. de Anno 1577. tit. 17.* quamvis olim passim frequentarentur, & in Camera saepius approbarentur, idque non sine justis rationibus, prout pluribus demonstrat Gail. *L. 2. O. 45. n. 6.* & *L. 2. de P. P. C. 2. n. 6.* Besold. *Thes. Pr. voce Iestung* add. *Carpz. Jur. For. P. 2. C. 22. D. pen. & ult.* Dissentit Dn. Shilt *in Differt. de Jur. Obsid. fere per integrum C. 11.* hodieque etiam in Holstia pristino usui relictæ sint vid. *Instr. Pac. Osn. Art. 8. in fin.*

III. Verum non Imperii tantum nostri Constitutiones studio vindictæ privatae obviam ierunt, sed leges etiam Romanorum idem damnarunt, *t. r. C. Ne quis in sua causa jud. & peñal privationis juris debiti*, aliisque cohibuerunt *l. 13. ff.* *Quod met-
caus,*